

P I C T A
S A P I E N T I A M S E Q V I T V R
E L O Q V E N T I A .



C V R stat Athenarum Pallas super arce suarum?
 Cur venit & penna præpete Mercurius?
 Cur magica portas aperit molimine virgæ?
 Et faciles aditus (quò velit ire) parat?
 Cur sedet ante fores prohibens intrare puella?
 Quæ liuore nigro facta repente lapis?
 A N quia Socratica est sententia: in urbibus esse
 Unde queas aliquid discere: rure nihil?
 An quia ubi regnat Sapiencia: mox volat illuc
 Facundi ille lepos Atticus eloquij?
 Qui sophiæ reserat portas. & cui venienti
 Obstans: muta stupet, ceu lapis, inuidia.